



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes
Ivniae Entheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

Clarissimo Atque prudentissimo viro, D. Nicolao Reusnero, Iurisc. & Poëtae
Praestantissimo &c. S. P. D.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

CLARISSIMO AI
que prudentissimo viro, D
Nicolao Reusnero, Iuris
& Poëtæ Præstantissi-
mo &c. S. P. D.

Edditæ mihi sunt literæ
tuæ doctissime REVSNE
R E: quibus formam, &
tanquam faciem liberaliter
tatis tuæ mihi exprimes
voluisti. Quod enim tam
honorifice & sentis, & scribis de me: quod
mihi tantum tribuis, quantū non agnosco
nec recipio: meritò hoc tribuendum à me
venit tuæ benignitati naturæ. Quia & hoc
etum animaduerti: vt dum elegantissimis
teris tuis me in tui amicitiam allicis, & attrahis;
eum ipsum te mihi præbueris; quem
esse Sambucus meus sæpius, & optime præ-
cauit. Itaq; & de eo ago tibi, vt par est, inge-
tes gratias: & te rogo, vt istam animi tui
me propensionem mihi conserues. Quid
enim magnæ mihi laudi duco; amari à tuis
similibus; id est, ijs, qui omnium bonorum
amoris

17 amore digni sunt: voluntatem tuam eo semper loco habiturus sum; quo merito suo erit habenda. De Ieremia fratre tuo, quod ex me scire disideras: quam suum faciat officium: possum equidem tibi affirmare; ipsum cura, attentione animi, & diligētia, Spartam tuam benē ornare: nec, qui sua virtute mihi iam satis commendatus est, tua apud me commendatione egere. Mores juuenis optimos, atque in hac sua ætate excellens ingenium, & probo, & amo: & qui ad hanc diem carum propter hæc ipsa habui; cariorem post hac tua causa me habiturum profiteor. Emblemata tua, & itinera, quæ ad me dono misisti, accepi: habeoque de eo tibi magnas gratias. Vtrumque opus legi magna cum animi voluptate: præsertim verò Emblemata: quæ tua, & tui solius propria; nominis tui immortalitatem, quam editis alijs præclaris ingenij monumentis tibi comparasti, conseruare: atque amicis tuis, inter quos iam aliquo numero esse desidero, de tua gloria maiorem adhuc voluptatem exhibere possunt. Ceterū indicauit mihi Ieremias: te habere in animo; si rem mihi gratam fore scias; ex tuis commentarijs, quæ propediem proditur sunt in lucem, vnum aliquid meo nomini dedicare. Ego verò qui mihi non solùm hoc gratum, sed & honorificum futurum cognoſco; te rogauero; illud idem, quod meditabaris,

meditabaris, & meditaris fortasse adhuc,
ipsa vt facias. Sic enim de tuis scriptis statu
vt non tam ij, quos ipsis quæris, Patroni
defendere aduersus obtrécatores sua au-
ritate possint: quām illa nomen eorum, q-
bus commendata sunt, ab hominum ou-
uione vindicare. Itaque tuam Italianam, qu-
eius regionis magnam partem adolescēs
ragraui, & lustraui, exspecto: tuisque colo-
bus pictam reuise cupio. Nam audio in-
catera, quæ editurus es in lucē, Italianam qu-
que esse. Quod reliquum est, R E V S N E R
doctissime: et si scio excellentem virtutem
tuam illustrissimos Principes iam dedille-
bi tuae dignitatis magnos amplificatores:
operam meam vix tibi aliquando usui a
posse existimem: de me tamen ita tibi po-
suadeas velim: vt si quid in te, & tuos offici-
& studij cōferre inquam potero, nihil sis
fideraturus. Neoburgi ad Oenum. 4. Id
Aprilis. M. D. XXCI.

Tui Studiosiss-

J V L I V S C O M
à Salmis, & Neu-
burgo &c.

CL